147

se lignet. qd effectus filij Dei adoptivi nequit provenire à forma extrinseca. Conseq: effectus formalis est ipsamet forma ut communicata subjecto capaci: cùm ergo gratia sanctificans communicata subjecto capaci tribuat effectum filiationis adoptivae, hinc iste effectus à nulla alia forma praestabilis erit: eo quod alteri formae communicabile non sit praedicatum esse distinctivum gratiae ab alia forma.

Dices 1: potest Deus homini conferre gloriam sine infusione gratiae habitualis. sed tunc hoc esset, et denominaretur filius Dei adoptivus: ergo effectus filiationis adoptivae praestabilis est per aliam formam. Minor probatur nam talis homo esset acceptatus ad haereditatem coelestem, imo et ad visionem beatificam: ergo esset filius Dei adoptivus. R: n: m: ob rationem infinitatam n: 112 de creatura corp: vel tr: m: n: m: ad prob: d: a: esset acceptatus ad haereditatem ut et in re c: ut et in jure, sive ut est haereditas fundata in communicatione gratiae n: a: nemo enim eo dicitur filius, quia percipit bona alterius, eaque quodammodo participat; sed quia ad eorum participationem jus habet fundatum in communicatione gratiae, et in adoptione affectiva praesupponente gratiam. quod non verificatur de illo, cui conferretur gloria sine infusione gratiae habitualis. 300.

Dices 2: unus angelus absolutè adoptare potest alium angelum in filium. Sed inter angelum adoptantem et adoptatum non datur convenientia naturae. ergo filiatio adoptiva non requirit convenientiam adoptantis cum adoptato in gratia; adeoque gratia habitualis non requiritur esse ad constituendum filium Dei adoptivum. R: d: m: non datur convenientia naturae speciei infimae, seu atomae c: speciei subalternae n: m: licet unus angelus cum alio non habeat convenientiam in gratia quantum ad speciem et differentiam ultimam, datur tamen in omnibus angelis convenientia in gradu subalterno naturae intellectualis, quod sufficit ad adoptionem affectivam. Sed melius n: m: nam unus angelus non habet haereditatem transmissibilem ad alium angelum: haec enim haereditas stare nequit in bonis supernaturalibus, utpote quorum dominium non habet: nec etiam in bonis naturalibus, cum ista sint illi propria, et alteri convenire nequeant. Rursus ad adoptationem requiri videtur, ut adoptans habeat naturam foecundam communicabilem alteri: quod de nullo angelo verificatur. ergo f: Ex dictis 301.

Fit 1. nec Divinitatem Spiritus Sancti quatenus mediante gratia nobis unitam, nec habitum charitatis ex causam formalem 302.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
© Universitätsbibliothek Heidelberg
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/salVIII72/0295
gefördert durch Baden-Württemberg